



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

**Parisiis, 1644**

XVII. De his qui de ministerio ecclesiae aliquid vendiderint.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15324**

rum, vel diaconorum consilio \* intaminauerint, <sup>\* contra-</sup> aut fratribus, vel filiis, vel quibuscumque propin- <sup>minauerit,</sup> quis suis dederint potestatem, vt per eos latenter res lædantur ecclesiæ, hos oportet obnoxios esse Concilio. \* Similiter id, si episcopus, vel qui cum <sup>\* Sin au-</sup> eo sunt presbyteri aut diaconi accusentur, vt quæ <sup>tem</sup> ex rebitu, vel ex quolibet † actu ecclesiæ veniunt, in suo sinu colligunt, & pauperes fraudant, & fame conficiuntur, hos corripi oportet, secundum quod ordinatum fuerit a sancto Concilio.

† Hæc vox in simili significatione usurpatur 2. qu. 2. Vulturanæ. Vide notam Gregorianam.

## XVII.

Distinct. 50. Si quis. Iuo p. 3. c. 173. Burch. lib. 3. c. 179.

Si quis presbyter aut diaconus inuentus fuerit aliquid de \* vasis ministerii ecclesiæ venundasse; <sup>\* eleemo-</sup> quia sacrilegium commisit, placuit eum in ordina- <sup>synis</sup> tione ecclesiastica non haberi; in iudicio tamen episcopi dimittendum esse, siue dignus sit, siue indignus, in suo recipi \* gradu: quia simul toties pro <sup>\* vt de-</sup> hoc ipso, quod de sacrosancto altario intaminaue- <sup>beargadu:</sup> rint, id cum episcopi potestate dimissum est.

## XVIII.

Ex Concil. Antioch. Can. 20. Habetur distinct. 18. cap. Propter ecclesiasticas.

Propter ecclesiasticas curas, & altercationum solutiones, bene placuit, per singulas prouincias bis in anno Concilium fieri, conuocante metropolitano episcopo omnes prouinciæ episcopos; ita vt in his Conciliis prodeant omnes presbyteri, diaconi, vel hi quorum in Concilio causæ examinatæ ad iustum iudicium prodantur. Et qui manifeste episcopi vel presbyteri aut diaconi inuenti fuerint in offensa, secundum rationem excommunicentur, quamdiu communi consensu de his placuit dare sententiam. Nulli autem episcopo liceat